AUGUSTINUS. BASILIENSIA
Basel und Klosterneuburg, 1434-1435 Seite 50v
Quelle: http://manuscripta.at/?ID=392
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



illa differencia Experiencia autem in alijs regnis nescio quomodo se
habeat Sed in hyspania manifeste hoc demonstrat Nam alique ci=
uitates vocantur nobilissime alique nobiles alie non intitulantur
titulo nobilitatis Dicimus enim ciuitatem Burgen. legionen. Toletu
yspalim que Seuilla dicitur Cordubam nobilissimas ciuitates Zamo
ram Salamanticam Concham Segobiam et similes dicimus nobiles
Alie vero quamplures non intitulantur titulo nobilitatis Similiter
fit in opidis Nam valem oleti dicimus nobilissimum opidum quod hys
pani dicunt villam Alia non intitulantur sic et hoc non fit a casu
sed determinatum est ab antiquo ex honestissimis et iustissimis causis
qualiter queque ciuitas intituletur et hic titulus non est superuacuus
sed inducit eis preeminencias suas Nam cum congregantur curie generales
nobilissime ciuitates habent primos gradus in sedendo et primas vo
ces in loquendo obseruatis preeminencijs suis alterius ad alteram
et sic in opidis Nunc ergo videamus qualiter proporcionetur nobilitas
vnius solij regij ad alterum Nam certum est quod omnia solia regia sunt
nobilia Et in regno suo impossibile est esse aliquem nobiliorem
rege nec etiam eque nobilem secundum nobilitatem ciuilem vt dixi
sed nichil prohibet quin vnum solium regium sit nobilius alio poterit
autem proporcionari hec nobilitas secundum duas consideraciones prima
est consideracio libertatis antique Secunda est presidencium in regnis con
siderando in quo regno fuerunt ab antiquo presidentes maioris dig
nitatis Nam regnum quod habet libertatem antiquiorem et habuit pre
sidentes altioris dignitatis dicetur nobilius altero et qui michi non
crediderit audiat Aristotelem in 1° rethorice probat vtrumque articulum dicens
hec verba Nobilitas quidem igitur est genti et ciuitati sui iuris an
tiquas esse et hic probat primam consideracionem Nam idem est esse
sui iuris quod est esse liberum et non subiectum alterius potestati ff
de hijs qui sunt sui vel alieni iuris l. vnica et per totum Et subiungit
ibi Aristoteles et presides primos insignes producere et hoc probat se
cundam Sequitur quod nobilitas ciuitatis seu regij solij consideratur
istis proporcionibus videlicet antiquitate libertatis et celsitudine pre
sidencium antiquorum Veniamus ergo ad primam Reges hyspanie
quorum precipuus primus et maior est rex Castelle et legionis
nunquam subditi fuerunt Imperatori Nam hoc precipuum habet reges
hyspanie quod non subsunt nec fuerunt subiecti Romano Imperatori